

144

Viro Celeberrimo atq; Excellentissimo

Walchio

Spd
J. Reiske

Miraberis sine dubio, Vir Celeberrime atq; Excellentissime, qui factum sit, ut passus sim tam diu te una cum responso meo librum Cayl. Sianum desiderare. Sed credas velim, id quod res est, nullam in ea reculam meam versari, sed penes temporis iniquitatem omnem eam esse. Exemplum scilicet libri dicti, quod nunc demum accipis, petatum est e bibliotheca Senatus Lipsiensis; quae bibliotheca non solum modo clausa est per mundinos, sed custos etiam ejus, M. Thieme, ille idem, qui Venerandi Tui Patris Historiam Latinae linguae recendi curavit et suis quibusdam notulis instruxit, matrimonio in eundem ergo dominum patriam, quo est in oppido Teuthezen prope Lizam, profectus erat, unde heni demum rediit. Ille amicitiae quo inter nos est, hoc dedit, ut librum fidei meae committeret, cum alias extra moenia libros bibliothecae senatoriae ablegari fas non sit, sed ea lege, ut ne diutius illum codicem, quam ad quatuordecim dies teneas, saluimus, et bene habitum remittas. Id quod tuo nomine locum recepi. Haec erant, quae nunc ad te exaranda habebam. Tu amare me perge et bene vale. Lipsiae d. 15. Octobr. 1763.

Folia verso sentia differre licet